

8
Lusit, quae uobis per uaria nomina nunc fuit mater,
nunc auicula, nunc domina, cum esse scilicet unum
uocabulum generis, aliud infantiae, tertium dignitatis,
enego illa sum per quam uobis illa primū & parentum
nomina & uorum gaudia contigerunt, & quod
utroque praestat utrumque feliciter cum fructu ad
piscendi & beatitudine perfruendi, non quia hinc
ego aliquid mihi deputem, sed tamen ingrata apud
uos esse non debet per quam uos uolunt deus esse felices.
nequaeso ergo molestum uobis sit quod referre
aliquid cupio, cui omnia repensare non possum,
pleni estis solatus iucundissimis, pleni pignoribus
carissimis, pleni benedictione diuina, praeter
peculiarem mei causam uerū negotium referre
deus gratiam iubet, debere me ei arbitror quod uobis
tanta concessit. sed haec haec tenus, sufficienter
enim & amposito carissima soror praecati sumus,
reliqua sunt agenda per filia, mutamur ergo
honeste enim pro reconciliando parentū affectu
cuncta temptantur, ut amor, illorū more &
exemplo qui ultimo causarum loco aliqua non
numquam ad commouendam iudicum misericordiam
preferant laturis sententiam disceptatoribus
aut lamentantes matres familiae aut sordidas